Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35421
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

viam suam: et vir iniquus cogitationes suas: et reuertatur ad dnm et miserebitur eius. et ad deum nrm quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes mee cogitationes vre neq; vie mee vie vre dicit dns: qm sicut exaltat celum a terra. sic exaltate sunt vie mee a viis vestris. et cogitationes mee a cogitationib; vris. Et quomodo descendit imber et nix de celo et illuc vltra non reuertitur sed inebriat terram et infundit eam et germinare eam facit et dat semen seminanti et panem comedenti: sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo: dicit dns oms.

Deus qui ecclesiam tuam semper gentium vocatione multiplicas. concede propicius. vt quos aqua baptismatis abluis. continua protectione tuearis. Per dnm nrm ihm xpm filium t. q. tecum viuit et regnat in vnitate ssi deus. per omnia ssl. Ly.

Tractus. Sicut cervus desiderat ad fontem aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. V. Sitiuit ania mea ad deum fontem viuum qn veniam et apparebo ante faciem dei mei. V. Fuerunt mihi lacrime mee panes die ac nocte dum dicitur mihi per singulos dies. vbi est deus tuus. Oratio.

Concede qms omnipotens deus. vt q. festa paschalia agimus. celestibus desideriis accensi fonte vite sitiamus.

Sequitur secunda collecta continuando sub vna conclusione secundum salisburgen. Oro.